sententia libellum conscriberent earum rerum, quae expedire uiderentur ad unitatem, et concordiam in ecc.ª retinendam quae S. D. Papae cōnum ecclesiarum sibi subditarum nomine offerrentur, et ut confirmarentur auth.te Apostolica postularent, nec desinerent, quousque id effectum sit ut saltem in pace et fide subditi sui retinerentur sub sedis Ap.cae auth.te, et in una sancta uniuersali ecc.ª matre nr̃a extra quam nulla salus esse potest

Exemplum literarum Caesaris ad summum Pont. dat. viij Id. Martij 1563

(39)

Sanctissime, et Beatissime Pater

Secundo congressu inter duos nuntios S. V. et nos, super negotio huius sacri Conc. cum literas aliquorum ex Imperij nri Principibus eis insinuassem, quibus animad= uertebatur eos iamdiu nonnulla subodorasse futura in Concilio, quibus nedum ipsis, uerum etiam cunctis Christum profitentibus imponeretur, si absque modello, et Canonibus in Augustanis Comitijs 1559, celebratis, fieri contigeret. Hoc prae= cipue urgebam, ut liberum foret Concilium; tantum in hoc uno industriae poneretur, ut minime suspicionis locus, nec ansa relinqueretur. Non deperierat mihi prorsus spes, quod reliqua impedimenta e medio tollerentur, si hoc unum, sectariorum animos tranquillos, et pacatos reddidisset: deprehenderemque me hanc fore tanti momenti clauem praecipuam, ne dixerim solam. Nos uero illis innixi, sectarios Confessionistas praecipue, ut et ipsi conuenirent (licet non semel, et seorsim, et una cum S. V. nuncijs repulsam passi) urgere et instare minime destitimus: et cum diuersis eos machinis aggrederemur ut expugnare confideremus. Ecce, iam coepto Concilio rumor tam a Catho= licis, quam ab alijs hinc inde spargitur, Concilium in omnibus ad nutum dirigi, et moderari; Roma cursores sursumque deque uolitare; nil proponi, aut tractari, quod a Romana curia speciatim haud imponatur, promissis donis

UGR Biblioteca Universitaria

et minis cuncta agitari in Conc.º ita ut aperte quoque factiones exinde
inter Patres exortae sint, quae demum publicis literis, et euulgatis libellis, qui
bus aperte sacrosci Concilij libertas impugnatur, et antiqua illa apud Or
thodoxos Patres in Concilijs autoritas maximè exploditur, confirmata sic
eneruatur totius Ecclesiasticae disciplinae robur, honos omnis, et reueren
tia Oecumenicor. Conciliorum, quam sanctis Euangelijs aequare non sunt
ueriti, submouetur, dum et ciuilibus Comitijs inferiora redduntur, et
consultis peritor. paria; quod nos ut accusare nolumus, ita nec appro
bare possumus: importunè haec fieri, et in Ecc.ae ueritatis, quam per
Concilium ~~minime~~ uenari moliebamur, maximum detrimentum silere
minime possumus. Insultant nobis aduersarij, fastum magis faciunt,
et tollunt ad sidera uicisse causam gloriantur: et quid illis respon
dendum erit? S.tas V. suppeditet. si per Concilium conciliare eos curat
repetimus, sicut non ui, nec fraude, nec astu, aut dolo; sed modestia
sinceritatis, et ueritatis agendum esse censemus. Patribus in Concilio
intentionem nostram apertis uerbis aperire curauimus, quod et per
alios Principes fieri cupimus, ut uidelicet per Oratores, qui ideirco
tractandis intersunt, immediate Patribus ipsis necessaria proponant.
Quae uero nobis, et Consiliarijs nris, et Theologis uisa sunt opportuna
pro correctionis tantae uia, et erratorum correctione per Oratores
nostri istic prudentiam S.tis V. innotescere fideliter decreuimus.
Nam multo plura sunt, quam literis his contineri possint, quibus et
literar. earum copias, quas Principum aliquot Oratores in Concilio, et nobis,
dederunt annecti uolumus. Dat. Enoponti viij Idus Martij
M. D. Lxiij

Ferdinandus Primus Imperator